l·cum probatio et idoneus cum·fi·ꝺ plup·

Quero ergo utrum iſte preſumptōes
oriantur ſine quo iure fundantur cum ha
bitu a natura uicia ſint ⁊ innata hominibꝰ
ex originali peccato cōtracto a primis pa
rentibus de conſe·di·iiii·c·ii·et dictum ē
ſupra in·iii·opi·So·iſta preſumptō bonita
tis oritur ex obſeruancia legum quas qui
libet ſcire preſumitur ac tenetur etiam ſ
uare ut·C·de legi·l·leges et·l·ab·ea parte
ff·de proba·leges aut ſunt regulate et di
rectiue ad bonuꝫ et bonos facere ſtudent
premiorum exhortatōne ⁊ delictorum pu
nitione·l·i·ff·de inſti·et·iuſ·Quilibet er
go preſumitur bonuſ ex earum preſumpta
ſcientia et obſeruancia· Iteꝫ prima natu
ra in homie fuit bona ⁊ regulata ad bonū
et creata a pfectiſſimo artifice i·deo q ad
imaginem ſui fecit illum ⁊c·ex pſona igit̄
creatoꝝ qui omnia bona fecit et hominem
gracia recuperauit quilibet preſumitur eē
bonus ar·in auc·de defen·ciui·§·qui uō et
de eden·l·ſi quis ex argentariis ·§·i·

So·quero que preſumptiones ſint boni
tatis ⁊ malicie naꝫ multa ſunt genera pre
ſumptionum de quibus·l·differūt ⁊·l·iiii·
di·fraternitatem et·c·is qui fidem de ſpū·
et·l·non eſt uerisimile ꝙ me·ca·ſo·quod q̄
ſit dicit glo·ꝙ poteſt dici preſumptio ho
minis facit et iuſ·ut in glo· Tu dic ꝙ p̄
ſumptio bonitatis eſt preſumptio nature
quia naturaliter bonitas eſt īſita homini
Item eſt preſumptō iuſ·optulanti natuꝝ
ut nō·in dicta·l·non eſt ueriſimile et·c·is
quidem et dicta omīnō Sed preſumptō
malicie eſt preſumptio hominis ſm legem
et ſm canonem que procedit cum quis ma
lam famam et eſt preſumptio facti et de p̄
terito ad preſens tempus·ff·de accu·l·ſi ſi
ciu·§·hiſdem et etiaꝫ preſumptio iuſ·ami
niculantis predictis preſumptōnibus·ff·
de remi·l·non eius·§·a barbarie Item pōt
dici ꝙ ſit preſumptionem quia cōſuetudo
delinquendi altera natura·ff·ad mace·l·i·
in prin·ſm Ia·de bel·qui circa hoc querit
quis ſit effectus preſumptioniſ malicie in
homie ſemel malo dicit ipſe quod an queri
tur ꝺ malicia hominis in caſibus preteritꝭ
aut in caſibus futuris primo caſu ſi quidē
conſtat delictum tūc duplex eſt preſump
tio contra eum una que deſcendit ex·l·pre
ſumatur malo animo perpetraſſe·l·ſi nō cō
uici ·C·eo·et ·c·i·de preſump alia que deſcē
dit ex malicia et delicto alias cōmiſſo iſti

tamen preſumptioneſ q̄uandoq ad condēp
nationeꝫ ſufficiant poteſt tamen probare
ſuam innocentiam diu iuſ tamen aſtringit
ad probanduꝫ propter dictas preſumptōſ
ut·c·qui et aduer·quos et inter re·po·l·i·
et dicta·l·non eſt uerisimile facit·C·cū di
lectus de accu· Item preſumptio malicie
aggrauat penam·ff·ꝺ penis·l·ſi diuturno
et·l·nemo·C·de epi·au·quandoq uero non
conſtat delictuꝫ commiſſuꝫ ab eo qui aliaſ
fuit malus tunc iſta non eſt iuſ·p̄ſumptō
quod dicatur etiā commiſiſſe iſtud de quo
nunc agitur eſſet enim iniquiſſimum et ab
ſurdum quod ſi ſemel bis uel ter quis com
miſit adulterium homicidium ſiue furtuꝫ
quod preſumatur homicidia ſiue furta cō
miſiſſe eſſet tamen aliqualis preſumptio
contra euꝫ ſi perſona que commiſit homici
dium ſiue furtum ꝺ quo conſtat eſſe in cer
ta animus iudicis inquirentis facilius cō
tra eum contra queꝫ contra alios ad ſuſpi
tōneꝫ adduci ar·l·iii·l·acquilea ſic delictū
ad·l·acql·So·caſu quando loquimur de ma
licia hominis in caſibus futuriſ tunc ex p̄
ſumptionibus malicie efficitur ſuſpectꝰ et
non preſumitur malꝰ in omnibuſ ſimilibꝰ
caſibus in quibꝰ prius fuit malus et ideo
remouendus eſt ab omnibus actibus ſimi
libꝰ ut d·§·hiſdem et·§·a barbaris et·ff·ꝺ
his que nō·in fa·l·ii·§·miles ubi de hoc et
l·lucius ⁊ ibi·nō·e·ti·et de ſuſpec·tu·l·iii·
§·q̄ri poteſt et·c·teſtimonium de teſti·cū
ſy·ubi de hoc ⁊ hoc modo poteſt intelligi
iſta regula ut·ſ·preſumatur ſemper malus
quo ad ipſum repellendum ab actibus ſimi
libus nō autem ipſum puniendum de delic
to ſimili ſi non conſtat eum aliter commi
ſiſſe· Tertio quero ſi aliquis fuit malus
in uno actu in genere malicie preſumatur
malus uidetur ꝙ ſic per illam r̄gulam que
indiſtincte loca·ff·de nup·l·de precō et·l·
i·§·gener aliter del·preſtan·econtra uide
tur ꝙ in aliis generibꝰ malicie non preſu
matur malus quia uiciū ⁊ defectus in uno
actu puta luxurie nihil habet commune cū
alio uitō puta auaracie de uno ergo ad ali
ud non infertur·l·pap̄·exuli·ff·de mino·
et·l·ſi maritus de dona·inter vi ·et vxo·
et hinc eſt in materia redibitionis ut ſer
uus ratione uicii de quo conſtat poſſit re
diberi non propter alia que non apparēt
ff·de edi·edic·l·i·et per totum et idem in
animalibus irrationabilibus naꝫ quando
ꝙ bos cornu petit et non pe ſſundat·ff·de
edi·edi·l·boueꝫ in prin·Item iura que pre
ſumunt quem malum ex eo quod ſemel fue

rit ſemp referunt ſe ad idem malum in ge
nēr nō diuerſi generis ut in dicta·l·ſi cui
·§·hiſdem ꝺ accu·et·l·non omneſ·§·a barba
ris de re mili·et in aliis exemplis de qui
bus dixi ſupra in prin·ſecūde regule et·l·
tutor quoq·§·ſi aūt ipſe tutor·ff·ꝺ ſuſpec·
tu ubi tutor eſt ſuſpectꝰ in noua tutela ſ
in alia male geſſit et iſtā partem tenet Ia·
de bel·in diſputatione ſua·xxi·nam ſm eū
in corpore humano ſunt quatuor humoreſ
ex quibꝰ corpora conficiuntur humana ut
nō·inſti·in prohemio·§·igitur a quibꝰ ui
cia cauſantur qui humores nō equaliter ſe
habent in homine ſed ſuper habundant et̄
et in alio quis habundat et in alio deficit
igitur non uidetur poſſibile ꝙ homo qui
eſt malus in uno ꝙ ipſe peccet in omnibus
unde multi peccant in luxuria et in aliis
ſeruant ꝺtutem et ideꝫ in aliis ut in exp
iencia notum eſt Quarto quero utrum
preſumptio malicie tollatur per penaꝫ ſo·
dic quod aut loquimur quo ad mūduꝫ aut
quo ad deum primo caſu aut tempus pnie ē
a iure perfixuꝫ et infra illud penituit et
tollitur preſumptio malicie ⁊ preſumitur
bonus·C·ꝺ plus pe·l·i·et·l·di·ferrum·

Si uero nullum tempuſ eſt a iure·p̄fixū
tunc aut ex illo delicto contraxit infami
am iuſ·et pnia non deſiit eſſe nocenſ·l·qui
ea mente·ff·ꝺ furtis aut ex tali peccato ñ
contraxit iuſ·infamiam et tunc aut ſemel
tantuꝫ peccauit aut bis uel pluries et ſi ſe
mel tunc aut peccauit contra naturam·i·cō
tra diſpoſitōem et ordinem nature et tūc
non tollitur preſumptio malicie quia per
tale peccatum conuertit ſe ad brutum ani
mal et receſſit ab hominibus preſumitur
ergo ſemel talia concupiſci nec cēſentur eē
homineſ ſed beſtie in auc·de inceſ·nup·§·i·
et de dona· in prin·et·xxvii·q·i· ſi homo
xxiii·q·i·§·nunc notandū aut peccauit in
fide tunc ſi quidem in fide chatolica quia
rupit fidem deo tūc ſi tantum ſemel et pꝰ
penitet et tunc tollitur preſumptio mali
cie et preſumitur bonus quia uidetur r̄di
re ad perfectaꝫ materiam·C·de ſum·tri·c·
epiſtola iter claras in fi·Si uero bis et ſic
eſt relaxus et poſt penitet ⁊ non prodeſt
de h̄reticis ad abolendas·§·illos quoq et
C·ꝺ apo·l·hi qui ſanctam Si aut rupit fidē
homini uel aliter aliquid et poſtea penitꝫ
tunc ſi quidem delictum eſt occultum et p̄
ſumitur in dubio bonus propter dictā pe
nitenciam quia occulta in meliorem ptem
interpretantur de ſerti·c·extuarum et·ii·
queſt·ꝺe·vii·ipſi apoſtoli ſi aūt delictū eſt

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

manifeſtuȝ et ex aīmo et poſtea penitet ſi
aūt apparent certa et uera ſigna penitēcie
et operatus eſt poſtea bonum et cum poſſꝫ
operari maluȝ ab eo abſtinuit tunc tollitᷣ
preſumptio malicie in illo generᷣ mali ⁊ p̄
ſumitur poſtea bonus quaſi rediuerit ad
naturam ſuaȝ ꝙ eſt facile·ff·de pac·l·ſcimꝰ
§·quod in ſpecie et quia omnes nr̄i ſtatuſ
ſub ſpecie motus conſiſtunt in auč·de non
alie·aut permu·§·ut aut et hoc uerum non
ſolum ſi ſemel ſed etiam ſi bis deliquit ex
animo et poſtea bis operatus eſt bonuȝ ⁊
tamen poſſet operari malum ab eo abſtinu
it quaſi deputauerit ſe emendationi et re
diuerit ad naturaȝ ſuam et noticiā ſui cre
atoris nam tales etiam ſuſcipit lex·l·iii·
§·ſi uerum·ff·de inmo·fallit in relaxis ⁊
in his qui habentur in auč·de iuř·nup·ut
predixi ſi uero delictum non proceſſit ex
animo ſed ex culpa tūc per penitentiā tol
litur preſumptio ſine dubio quia culpa ꝓ
cedit ex neglientia et neglientia non cor
rumpit animum neqꝫ naturā et ideo ſi pri
mo fuit negliens ⁊ poſtea diligens tollitᷣ
illa preſumptio·ff·de neg·geſ·l·ſi negocia
abſētis et·c·teſtimoniū de teſti·et de edi·
edi·l·quid ſi fugitiuus et·§·i·⁊·ii·ſecūdo
caſū quādo loquimur quo ad deum eo caſu
per ueram penitentiam tollitur preſump
tō malicie ut ſit emendatus ⁊ uere penitu
erit poteſt probari per ſacerdotem ſuū ut
dicto·c·teſtimoninm ubi de hoc et·l·impe
rialis·C· de nup·et d·c·ferrum et·c· ipſi a
poſtoli· Quinto quero quia glo·facit
mentōnem de preſumptione iuř·tantum ⁊
de preſumptione iuř·et de iure et nos ha
bemus alia genera ꝓbationū puta iudicia
preſumptōnis facti fictione et ſimilia de
quibus in dicta·l·non eſt uerſimile quod
me·cā· Quero de ſingulis ſuccincte et
utiliter ⁊ primo quid eſt preſumptio iuř·
de iure Reſpondeo quod lex p̄ſumit et ul
tra ſtatuendo procedit ut contra eaȝ non
admittatᷣ probatio in hoc tamen caſu dico
ꝙ admittetur probatio per confeſſionem
ptis ut nō·Cy·in auc̄ti ſed iam neceſſe·C·
de dona·añ·nup·ſed certe hoc quid dices ſi
conſtitutio uel ſtatutū dicit ſtari iuramē
to uel alteri preſumptioni uterū poterit
probari contrarium Ia·quod ſic in·l·i·C·
de re iu·alii contra ut·l·i·C·ſi aduer·li·ſo·
quid eſt preſumptio iuř·tantum dic quod
eſt illa quando lex ſimplř preſumit et tūc
auctas legis operatᷣ uel ut aggrauet honꝰ
probandi ſi aliaſ muniebat ut dicta·l·non
eſt uerſimile uel transferat honus probā
di quando et hoc facit qñ·ff·de proba·cir
ca cum ⁊ hoc bene nō·ꝙ preſnmptio aggra
uat honus probandi quando eſt contra eū
cui incumberet alias probatio et effectuſ
huius grauationis eſt quia ibi alias ſemi
plene ꝓbāti deferetur iuramentum in de
fectum plene probationis in hoc caſu cum
ſ·preſumtio eſt contra probantem non de
feretur iuramentuȝ ex ſemiplena probati
one quia preſumptō elidit illam ſuam ſemi
plenam probationem ar·l·i·C·qui et aduer
ſus quos quod eſt nō·Item eſt preſumptō
nature que uerſatur circa illa que iſunt cō
muniter homini a natura ſicut bonitas ca
pacitas induſtria naturalis non dico arti
ficialis iuxta nō·in·c·ſi forte ꝺ elec·li·vi·
Itē eſt preſumptio facit quando ex uno
facto preſumitur aliud ut in regula fictō
autem eſt quodam ſtatutuȝ cōtra quod ex
preſſam ueritatem ubi circa probationem
ueritatiſ laborare non conuenit quia intē
tioneȝ nullam preſtat admiculum ar·l·ad
probationem·C·ꝺ proba·adde dicit Inno·
quod ex pluribus preſumptōibus poteſt
iudicari de pigno illo nos item ꝺ pluribꝰ
adminiculis de ſucce·ab inte·c·cuȝ dilectꝰ
Item ex pluribuſ iudiciis·ff·de excu·tu·l·
ii·§·i·et hoc ueruȝ in ciuili ſecus in crimi
nali niſi ſint iudicia uehemencia ut ibi per
Dy·et·c·litteras de preſump·Item ex plu
ribus argumentis·l·iii·§·eiuſdem nō·ff·ꝺ
teſti·non tamen quod minꝰ eſt unum iudi
cium ꝙ ſemiplena probatio ut nō·de ꝓba·
l·cum probatio et cum iudicium eſt probā
duȝ per duos teſtes quando non teſtificā
tur de facto principali ſed iudicio tantaȝ
ut nota in·l·fi·C·fa·her·⁊ p Inno·ꝺ ſimo·
c·ſicut unū et ualde nō·qꝺ cum iudex fert
ſentenciam ex preſumptionibus ſiue iudi
ciis debet magiſ ſentenciam temperarᷣ quā
eam proferat ex ueris probationibus ut
nō·Inno·in·c·quia uerſimile de preſump·
facit·quod ipſe nō·de re nun·c·ſuper hoc ⁊
vi·q·i·ciues et·xi·q·i·c·ſi qui per ſuperbiā
per archi·et nota quod una preſumptō qñ
ꝙ elidit aliam·l·diuus·ff·de in inte·r̄ſti·
⁊ dicto·c·litteras de preſump·iſta ſunt be
ne dominꝰ Bal·in dicta·l·non eſt ꝟiſimile
que ſunt nō· Sexto quero illud·c·preſu
mit expreterito circa preſens et futuruȝ
quandoqꝫ lex ſiue canon preſumit ex p̄ſen
ti circa preteritum et iterdum circa futu
rum de quibus glo·remittit ad·c·multi·l·
iiii·di·cuȝ aliis allegatt in glo·⁊ qa domi
nus meꝰ Bal·ſequendo Ia·de are·multa uti
lia circa iſtā materiā tāgit in·l·ex p̄ſonna

C·de proba·ideo pro leuiori declaratione
huius regule dicta eius ſuccincte referā et
etiam aliorum pro ut infra patebit iō ſꝫm
euȝ conſidera ꝙ due ſunt materie Prima ē
an ex preſenti preſumatur in preteritū et
iſtam preſumptionem uocat tranſlatiuā et
de iſta ſtatim dicam· Secunda materi eſt
an ex preterito preſumatur in preſenti et
iſtam preſumptōnem uocat continuatiuam
et de iſta infra in ſequenti proxima qōe·
Preſumptio tranſlatiua oritur ex pre
ſenti ſtatu et iſtud appellatur extremum
a quo etiam requirit preſens ueruȝ et pre
terituȝ poſſibile et illud preteritū uocatᷣ
extremum ad quod et huiuſmodi p̄ſumptī
utuntur iura quando ſi non preſumeretur
preteritum parum operaretᷣ preſenſ uerbi
gracia ſi ille qui eſt in poſſeſſione ſeruitu
tis non preſumeretur retro ſeruus paruȝ
operaretur domino preſens poſſeſſio quia
preſumeretur uiolenta clamdeſtina uel im
poſſibilis et ideo lex ſtatuit quod ex pre
ſenti poſſeſſione ſeruituti preſumatᷣ ratro
fuiſſe ſeruꝰ ne alias p̄ſtis temporis obrū
peretur effectuſ deli·cā·l·liberis·§·fi·et ꝺ
proba·l·archatū in illa igitur preſumptō
ne tranſlata ueruȝ preſumatᷣ diſtingue qa
aut loqmur in materia neceſſaria aut in im
poſſibili aut in materia ꝯtingenti primo
caſu de preſenti infertur in preteritum ꝟ
bi gr̄a ſum hodie minor ex neceſſitate cō
cludit ita ꝓbatio·ff·de mio·l·minor·xxv·
annis ex aſpectu ſed in materia poſſibili ē
ſtante in eodem ſtatu de preſenti non pre
ſumitur in preteritum unde ſi hodie ſum
maior non preſumor maior·C·de proba·l·
cuncte Sed in materia ꝯtingenti diſtin
gue quia ſi ſtatuſ preſens poteſt cōcurrerᷣ
cuȝ naturali antecedenti ſtatuſ et tunc ex
preſenti preſumitur in preteritū ut dicta
l·liberis·§·fi·aut precedens ſtatus nō po
teſt concurrere cum ueritatate ſtatur pre
ſentis et tñ ſecus ꝟbi gracia eſſe litteratū
uel prudentē eſt contingens illud non po
teſt concurrere cum ueritate primi ſtatus
quia nemo preſumitur litteratus cum iſti
ſunt habitus acquiſiſti non nati·ff·del·iii·
et tunc ex preſenti non preſumitur in pre
teritum et ideo ſi mandat papa alicui pro
uideri de beneficio et ideo ſi conſtiterit
tempore date eum eſſe doctorem uel lr̄atū
non tamen preſumitur retro fuiſſe taleȝ ⁊
idem in ſimilibus eſt dicēdum facit·c·ſi eo
tempore de reſcriptiſ li·vi·et·cle·litteras
eo·li·⁊ hec materia de contingenti ſꝫm eū
q alibi pe·Oldra·meliꝰ declarat diſtingu
endo ſic aut preſenſ conuerſio eſt connexa
et temporᷣ ad quod uolo preſentem conuer
ſationem in modum probationis uel p̄ſup
tionis inducere aut ſe paratu per tempus
ualla primo caſu de preſenti preſumimus
in preteritum in auč·de r̄ſti·et ea ꝙ pa·§·
unde ſi quidem col·viiii·et ibi nō·ſecundo
caſu aut habet cōtra ſe preteriti temporiſ
neceſſariam contrariam ueritatem et tunc
non arguimus de preſenti conuerſatōe ad
practicam nam qui eſt fugitiuus hodie nō
preſumitur quod olim fuit et ita·C·da ꝓ
ba·l·iiii·aut non habȝ preteriti temporiſ
neceſſariā contrariam ueritatem ſed ex cō
tingenti ut in paupertate et diuiciiſ non
enim eſt neceſſarium dare aliquod tempus
in quo quis fuit diues uel pauper ſꝫm con
munem curſum nature et tunc de preſenti
arguimꝰ in preteritum ut·l·i·§·probatō
da ma·conuē·et·C·ꝺ ꝓba·l·ex p̄ſona ex pre
dictis apparet ſolutō·q·quaȝ format Dy·
de illo qui uendidit bona ⁊ dudum poſtea
condempnatur ut hereticus nūquid pote
rit dicta res aufferri ab emptorᷣ tanquam
retro preſumatur fuiſſe hereticus argui t
ꝙ ſic per preal·§·probatio contrariuȝ di
cit Bal·per predicta theoricam nam p̄ſens
conuerſatio que fuit·temporis uenditōis
habet contra ſe preteriti temporis cōtra
riam ueritateȝ ſ·ꝙ quandoqꝫ non fuit herᷣ
ticus puta quando erat infans et ita nō·
ipſe poſt Oldra·in dicto·§·ꝓbatio et hoc
tamen utrum ex preſenti ſtatu paupertatꝭ
uel diuiciarum preſumatur in preteritum
alibi dicit glo·quod qui fundat intentōm
ſuam ex paupertate uel diuiciis debet hic
probarᷣ·l·ſi fideiuſſor·§·qui pro rei quali
tate·ff·qui ſa·cog·an adꝺ qꝺ nō·in famibꝰ
ꝺ reg·iuř·li·vi·in mercu·ubi plene cum ob
icitur illegittimꝰ uel mundatus cui in cō
bat onus probandi dic ut ibi et aduerten
dum quod facilius preſumunt iura ex pre
terito circa preſens quam econtra de p̄ſen
ti circa preteritum ſiue loquamur circa re
rum ſubſtanciam ſiue circa rerū qualitates
intrinſecas ut ſciencia artificia et ſimilia
ſiue extrinſecas ut circa diuinas pauperta
tes rerum diuina pre·⁊ ſi bene enim ſequi
tur olim fui doctor artifex dominus uel
poſſeſſor talis rei ergo·ſum de preſenti ſꝫ
noſ econtra unde ſicut dictū eſt qui hodie
eſt hereticuſ doctor dominus et ſy·non p̄
ſumitur quod oliȝ fuit ſed econtra bene p̄
ſumitur qui olim ſic fuit ergo et hodie qa
tales q̄litateſ intrinſice poꝗ iniūt duratᷣ
preſumuntur ut illa regula ex quo ſequitᷣ

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

ꝙ ſi ñ uolo te repellere ut ex cõmunicatũ
probando te olim fuiſſe excommunicatum
etiam hodie preſumitur ut nota in. c. ꝓpo
ſuit de clerico excommuni. et quod no. in
l. ſiue poſſidetis C. ď probat. ſed dicees im
mo uidetur quod non debet ſumi proba
tio de preterito in preſenti quia talis ꝓ
batio non concludit neceſſario nã et ſi fui
excommunicatuſ doctor uel dominꝰ in pre
teritũ poſſim hodie non eſſe talis unde qa
ſunt penitꝰ ſeparata preſens et preteritũ
non infertur de uno ad aliquum nam pro
batio debet eſſe concludens neceſſario ad
hoc. c. in preſentia de proba. et. c. cum con
tingat ab eſſe facit lex non ob. ad hoc. C.
nũ. co. et quod nõ. in. c. litteras de reſcrip
tis in cle. et. c. ueñ. in fi. de ſen. exco. li. vi.
ex quibus uidetur ꝙ iſte preſumptões le
gum et canonum cum ex eis non ṙſultat ꝓ
batio concludenſ neceſſario non uidẽt con
cludere alias procedere dic ꝙ quandoqꝫ cõ
tingit ab eſſe ut pluriũ et tũc eſt uera re
gula ſupradicta non probat hoc eſſe ⁊c. qñ
ꝙ econtra ut pluriuꝫ ↄtingit ad eſſe quia
eſt conſuetum et ſolitum ut in pluribus ⁊
tunc debet dari regula econuerſo ut ꝓbꝫ
hic eſſe ꝙ ſepe contingit ab eſſe et ideo in
materia probationum locus a communiter
accidentibus multũ punderatur a iure un
de ſm Ia. bu. et Bal. probatur aliquam eſſe
meretricem etiam nõ probato tactu ſed ꝓ
batis circumſtanciis ut quia paſſim intra
bant ſcolares de domũ eiuſ in die et denoc
te et quia ſcolaris loquebantur ſecrete cũ
puella nõ preſumitur dicere pater noſter
idem eſt de eo q uſus eſt exire cum gladio
cruentato nam eſt manifeſtuꝫ ſignum ꝙ p
cuſſit illuꝫ licet poſſibile eſſet ꝙ percuſſit
aliquod animal ⁊ gladius eſſet ſanguinolẽ
tus tene ergo menti hũc locum a communi
ter accidentibus in materia probationuꝫ
et preſumptõnum iuṙ. nam licet neceſſario
non cõcludant tamen fundantur ſuper eo
quod communiter accidit et ab eſſe contin
git quia tamen neceſſario cõcludunt ideo
admittũt probationem cõtrariam ut. l. di
uus de reſti. in inte. facit lex naꝫ ad ca. ff.
de legi. et. c. litteras de preſump. iſtis addẽ
quod ex poſſeſſione. uel quaſi de preſenti
colliṙ ꝙ talis preſumi quis debeat de pre
ſenti de quali ſtatu reperitur ut eniꝫ ele
ganter dicit Dy. quelibet res ſm preſen
tem ſtatum vi uel ex precedẽtibus uel ex
preſentibus preſumptũ iudicatur ſiue ſit
accidens nature contrariũ ut ſeruitus. ff.
deli. cã. l. ſi cui. §. licet et. l. liberis. §. pe. ⁊

ff. de ſer. ex por. l. mouetur et de ingre. ma.
l. pe. et de ſen. exco. l. ſi uidere laicus li. vi.
ſiue ſit accidens ſm naturam ut etatis in
crementũ et libertas perſone. ff. de mino.
l. minor. xxv. an. ex aſpectu et. C. de teſta.
l. i. et de ſen. l. ſi arbiter ſucceſſit accidens
preter materiam ut dignitas et cõditõis
perſone utilitas. ff. de offi. preto. l. barba
rius et. ff. loca. l. ſi ignoras et. l. item apud
labeonẽ. §. ſi quis uirginis. ff. de in iuṙ ex
his patet quod maximus eſt effectus iſtiꝰ
uel quaſi quia enim ius pro ea fuit releua
tur dominus poſſeſſor ab honoṙ probãdi
proprietatem illius poſſeſſionis uel quaſi
quia ex quaſi poſſeſſione tali preſumiṫ do
minus. l. quidam de condi. inſti. probatur
quod eſt uerum in rebus que poſſidentur
ſm ius commune ſecus autem in rebus quaſ
poſſidet ↄtra ius cõmune uel non poſſunt
poſſidere ſine priuilegio in talibus enim
poſſeſſor tenetur probare titulum uel do
cere de priuillegio alias preſumitur uſur
paſſe ut. c. ad decimas ď reſti. ſpo. li. vi. et. c.
cum perſone ď priui. eo. li. et. l. ſi ſolempni
buſ. C. de fide inſtru. per Cy. et Bar. et qđ
nõ. in. c. contra mortem. c. deſt. et dicto. c.
ſi iudex laicus et ſimiliter in rebꝰ in qui
bus non cadit poſſeſſio ſine titulo nõ pre
ſumitur pro poſſeſſore non preſumiṫ ni
ſi probetur titulus de quo tamen dic per
Inno. in. c. litteras et. c. illud de preſump.
et. c. ueniens de ꝟ. ſig. et. c. innotuit de eo
qui fur. or. ſu. ibi omnino uide in quibus
ṙmiſſꝭ repericas plene tactuꝫ quod opetur
q̃ſi poſſeſſio mercimonialis tabellionatus
clericatus doctoratus et ſy. que non abſqꝫ
titulo qͥ patꝫ poſſeſſio in eiſ ⁊ per hoc dẽ
dicta quaſi poſſeſſio habere mixtam caſum
proprietatis. l. i. ff. de interdic. facit. c. be
neficiũ de reg. iuṙ. li. vi. ⁊ quod nõ. Inno.
in. c. conſtitutus de fi. p̃ſ. et. c. ex inſinuati
one de procu. ⁊ hec dicta ſunt de preſump
tione ex preſenti ſtatu ſine tempore in p̃
teritum quibus adde quod nõ. Bal. in. l. ſi
qui adulterii. C. de adul. ubi caſus nõ. ď il
lo qui exceptione conſanguineitatis abſo
lutꝰ fuit a crimine adulterii nam ſi poſtea
cum eadeꝫ deprehendiṫ contraxiſſe nup.
preſumitur in preteritum commiſiſſe adul
teriũ de quo fuerit accuſatuſ p̃ſumptõ cim
naturalis federis ꝙ non ſunt aliquid ſeui
camis conſpicari. c. cum in iuuentute tolli
tur per contrarium factum ſubſequens in
tantum quod receditur a priori preſump
tõe et ſententia ſup ipſa lata et ex illa uio
lenta preſumptione prime ↄ̃ria ↄdempnaṫ

ut ↄfeſſꝰ per illam. l. ſꝫ. unaꝫ lec. ꝙ eſt nõ.
facit. l. i. C. de ui. et. l. amminiculo de cõdi.
ſine ca. et. c. de purga. uel. Septimo q̃ro
de preſumptione ex preterito in preſenti
que ut dixi eſt preſumptio continuatiua
et ſumitur a preterito ṙferente in preſen
ti et requirit duo extrema. ſ. preteritum
uerum et hec eſt extremum ad ꝙ et de illa
preſumptõne continuata loquitur. C. de ꝓ
ba. l. ſiue poſſidetiſ et alia iura que loquun
tur de preſumpta perſeuerancia uoluntatiſ
ſi non probetur mutata. c. maiori in fi. de
bap. ⁊. l. ſanctimus. C. de teſtis et illa ṙgu
la que loqṫ de preſumpta continuatõe ma
lorum morum ſimiliter et bonorum. c. ex
ſtudiis de preſump. et circa iſtam materiã
dominus Bal. ſequens Ray. de inac. tangit
plene in omnibus predicamentis. ſ. ſubſtã
cie quantitatis qualitatis pati ubi habeṙ
ſitum eſſe de quibꝰ omnibus poſt eum bre
uiter refferã per exempla et primo de ſub
ſtancia ut dicamus ꝙ olim fuit in eſſencia
uel ſubſtancia hoc preſumitur eſſe. l. de teſ
ti. l. teſtium in fi. ⁊. l. ſi quiſ ex. §. fi. l. ſe. de
edẽ. unde qui dicit per emptionem rei que
fuit debet probare que pro empto poteſt
probari per probatões neceſſarias direc
te uel per obliquum priuata uiderunt ho
mineꝫ uel animal mortuum uel euiſtratuꝫ
ubi ď neceſſitate ſequitur ultra uiuere ſed
deſinere. l. fi. C. de ſacro. ſan. ec. quandoqꝫ ꝓ
batur per ſigna et iudicia uerisimilia uel
per famam antiq̃ que ut plurimum repiẽ
uera ſi durat ut dicta. l. fi. ⁊. l. ſi quid ẽ. C.
ſo. ma. et. l. ſi conſtante. ff. eo. ti. per Bar. ⁊
quod nõ. in. c. quoniã frequenter. C. porro
ut lit. ñ conti. et. l. i. §. quẽadmodũ te. app.

Ex predictis apparet quomodo probe
tur ſubſtancia eius eſſe uel nõ eſſe preſumi
tur enim ſtare niſi probetur eius peremp
tio uel uere uel naturaliter ſm merã natu
re uel in homine. c. ãnis in fructibꝰ pomis
uino et aliis iuxta ſua tempora. l. i. ff. de
glan. le. c. fi. de iudi. p ſigna. et iudicia idẽ
quod dictum eſt in ſubſtancia dicendũ eſt
in quantitate ſubſtanciarum rerum q̃ fuit
inde poſito uel legato uel i alia obligatõe
hic eſſe preſumituri. ff. del. ii. l. ſemproniuſ
proculo niſi facta diminutõ uel augmentũ
probetur directo uel per obliquum. ff. de
pac. l. iuṙgen. §. a deo de adi. le. l. iii. §. con
ditio de proba. l. quinquaginta et hoc de
preſumptõne preteriti ad pñs in preteri
to quantitatis idem in relatõne facta que
fit circa ſubſtancias ut ſi conſtat aliquem
fuiſſe patrem relatione facta ad conſilium

et hodie preſumiṫ eſſe et econuerſo et idẽ
in domino ſeruo patrono ⁊ liberto ⁊ aliis
ſimilibus relatiuis facit quod nõ. in. c. lꝫ
ex quadam de teſti. et qui dicit eum deſiiſ
ſe eſſe patrem patronũ uel dominum debꝫ
hoc oſtendere directe uel per obliquuꝫ ut
dictum eſt in aliis ſuperioribus ad hoc. c.
de proba. l. matreꝫ et deli. ca. l. ex ancilla ⁊
hoc in predicamento re atõniſ idẽ in pñte
qualitatis et qualiſ fuiſſe conſtat preſuma
tur nunc eſſe directo uel per obliquum ut
eſt in aliis ſupioribus hoc uerum niſi qua
litas curſu temporiſ naturaliter uarietur
puta frumentum uim bonitas uel hominiſ
etas ſiue animalis in talibus enim que nõ
neceſſario actu permanent ſed cum tempo
re neceſſario uariantur non arguimus de
preterito in preſenti ar. l. ſpadoneꝫ. §. qui
abſolutuſ et quod ibi per Bar. de excu. tu.
idem dicit in pñto ſitum eſt unde conſtat
ſi rem mobilem ſitam fuiſſe infra certos li
mites preſumitur hodie ibi eſſe de proba.
c. ex litteris niſi deſiit eſſe in loco illo ꝓ
betur directo uel per obliquum hic autem
deſinere eſſe non poteſt contingere muta
tione rei quia res immobiliſ non mutatur
ſed permutationem terminorum quia fun
dꝰ augetur uel minuitur a fluſe uel ab ho
mine unde qui talem mutationem allegat
debet eam probare. ff. fi. re. l. i. et. ii. ⁊. l. in
finalibus adde hoc quod nõ. Inno. in. c. ni
mis quidaꝫ de iureiuṙ. et in cle. ne romani
de elec. et. x vi. q. vi. omnes baſilice et hoc
in pñto ſitus in agere uero dicta regula ñ
habet locuꝫ quia qui procurauit litigauit
uel aliud geſſit non preſumitur hodie id
agere quantum ad ipſum agere ſiue faceṙ li
cet ſecus ſit in uoluntate ſiue in ipſo uelle
quia agere eſt uoluntatem in actum dedu
cere ſed uelle eſt tantuꝫ in ſe ipſo abſqꝫ eo
ꝙ ulterius procedat et ideo dicit. l. quod
aliud eſt agere et aliud agere uelle. ff. rem
ra. ha. l. amplius et eſt ratio quia ſm natu
ram agere hominis non poteſt eſſe cõtinu
uꝫ. ff. de ſerui. ur. pre. l. foramen ſed uolun
tas ſic. ff. de proba. l. iii. et. l. enim in predi
camento ergo agere habeo duos terminos
naturaleſ unde eſt ipſum agere prout in ac
tu uerſatur et illud non poteſt eſſe conti
nuum ſed in qualitate mentis preſumitur
perſeuerãtia nec mẽs mutuata a principio
ſui eſſe pro hoc preal. l. ſcimus de teſtis et
c. maior de ban. in fi. Sequitur ď p̃ſenti
pati ubi eſt dicendum quod qui olim fuit
paſſuſ hodie preſumitur pati uerbigracia
qui hodie fuit iratus alii uel inimicus uel

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

amicus etiam hodie talis preſumitur niſi
directo uel per obliquum aliud probetur
§·ſi·hēti·l· in ipſius et de addi·le·l·iii·§·
fi·ſunt eni iſte ut ait paſſiones aie intrin
ſice et mentales ideo preſumitur durare et
continuari ſecus in poſſeſſionibus extrin
ſecis ſiue ab actu extrinſico prouenientes
& corporales ut iniuriam pati uel percuti
uel infirmum eſſe non eniʒ ſequitur ſemel
quis percuſſus uel iniuriam paſſus fuit
uel febricitauit ergo hodie percutitur in
iuriam patitur uel febricitat iſte enim
paſſiones cauſantur ab actu agere quod nō
poteſt eſſe in homine cōtinuum ut pdictū
eſt et quia dignus eſt agere quam pati iō
conſideramus et unde nomen aſſumit ar·ff·
de ſerui·ur·pre·l·ii·& quod ibi nō· Seqē
de pūto ubi aduertēdum ꝙ illud proprie
dicitur in rebus mobilibus et quandoqꝫ
dr̄ ubi apud quem·ff· utrobi·l·i·ſed illud
prius eſt in pūto habere·ff·de xͦ·ſig·l·hēre
et de hoc infra dicam Iteʒ quandoqꝫ dicit
ubi·l·in quo loco·ff·de in d·l·ubi unde cir
ca exiſtentiā rei uel perſone credit hanc r̄
gulam ueraʒ quia ubi id eſt in quo loco fu
it et nunc eſſe preſumitur·ff·de edē·l·ſi qs
ex ar·§·penul·unde qui dicit alibi eſſe dʒ
hoc probare directo uel per obliquum ut
in aliis dictū eſt et intellige ubi lato mo
do puta in aliqua ciuitate uilla uel cōtrac
tu non autem te reſtringas ad unum angu
lum quia in rebus ſe mouentibus eſſet fal
ſum naturaliter Item nō in fugitiuo erro
re nam uel que eſt in mari habʒ locum iſta
preſumptio quia conſuetudo talium nūq̄ i
codeʒ ſtatu permanent·ff·de edi·edic·l·qd
ſit fugitiuus et de plulu·l·ceſar Sequitur
de pūto habere dicit ꝙ qui ſemel habuit p̄
ſumitur nunc habere et qui dicit priuatō
nem uel perditionem probet·ff·de eden·l·
utruʒ et de pig·ac·l·creditor et de nō·nu·
pe·l·i·unde qui ſemel habuit dominiū nūc
preſumitur habere eſt uerbum poſſeſ·et cō
iunctum cum iur̄ preſumitur permanere ſi
autem ſignificat mere factum ut merū poſ
ſider̄ quia facta non preſumuntur dicunt
quidam non preſumi ex preterito in pſen
ti alii dicunt contra quia ſufficit cōtinua
tio animi et animus preſumitur non muta
tus de quo dic ut·l·ſiue poſſidetis·C·ꝺ ꝓ
ba·per Cy·et alios et·c·cum ad ſedem de r̄
ſti·ſpo·in nouel·et per illa habeo de pūto
habere· Sequitur de pūto quando uerbi
gracia in etate quia quandoqꝫ quis eſt mi
nor quandoqꝫ maior et in etate diſtinguē
dum eſt quia quedam eſt mobilis quedam
immobilis etas mobilis eſt minor etas q̄
mouetur ad maioreʒ ſicut naturaliter om
ne inperfectum mouetur ad ſuam perfectō
nem naturalem ut in hac non cadit preſup
tio de preterito ad preſens in dicta·l·ſpa
donem·§·qui abſolutus quedam eſt immo
bilis uerbigracia poſt quam quis eſt pfec
te etatis ſemper poteſt dici legittime eta
tis poſtquam probo inpreteritum ſic fuiſ
ſe quia quod non poteſt a ſuo eſſe remoueri
neceſſe eſt ueritateʒ continuari ultimo di
cit Ny·de ma·ꝙ ar·de preterito in preſen
ti habet locum quandoqꝫ preſupponimus
enſ puta ſubſtanciam ſed quandoqꝫ preſup
ponimus priuationeʒ puta quia dicit quē
pauperem uel minorem nā per iſta priuat
cum habitu rerū et tunc non procedit ar·
de priuatōne in preteritum ad preſenſ ut
·l·ſi defunctus·C·arbi·tu·Conclude ergo
ꝙ preſumptō ad firmatam de preterito in
preſenti concludit omnibus punctis pre
terqꝫ i pūto agere & ſunt illa dicta Nyco·
de ma·relacta per Bal·in d·l·ex pſona et p
me hic paucis additis· Vltimo Io·an·po
nit mercurialem utrum per inſtrumentuʒ
directe probetur crimen puta quia adhibi
tis teſtibus rogatus que tabellio conf ice
re inſtumētū de uulnere adulterio homici
dio uel incendio uel hiſ ſimilibus que com
miſiſti et tabellio ſic facit ꝙ poſtea cōtra
te producitur et ad partem aff irmatiuam
ꝙ probetur crimen per iſtud inſtrumētū
primo iducit equi parationem inſtrumen
torum et teſtiuʒ·l·i·exercēdis·C·de fi·in
ſtru·Secundo quia fauore rei publice qui xͦ
ſatur in punitione delictorū mā·probatio
nis nō eſt auguſtanda·xxiiii· q·iiii·eſt in
iuſta et·l·quoniaʒ·C·de hēti· Tercio qa
multa iura hic expreſſe dicunt crimen per
inſtrā probari·ii·q·vii·pleriqꝫ·C· quomō
ap·nō·re·et·l·ſciant·C·de proba·et·xxiii·
q·iiii·c·forte·in populo quarto ꝓ hac pte
facit·c·cuʒ ad ſedē de r̄ſti·ſpo·ubi nos pri
oris et de dolo et ꝯtu·ueritat̄ Quinto
ur̄ caſus quia periurium et falſum probat
p inſtrumētum de iureiur̄·c·ultimo li·vi·
de his q̄ fi·a prela·quanto et de xͦ·ſig·c·ii·
li·vi·& c·li·de ſciſmat̄ li·vi·Item dilapida
tio reruʒ eccleſie de re·nō alie·ſi quis preſ
biterorum·C·de eden·l·is apud quem et·l·
i·§·diui·de iure fi· Sexto inducitur·l·
ii·ff·de feriis ubi per aſpectum probatur
iniuria ſit ergo aſpectu tabellionis et teſ
tium poterit inſtrumentum confici et ꝓ
bari p illud Vltimo allegat plur̄·glo·
iur̄·canonici et ciuiliſ q̄ hoc tenent in ꝯriū
ſex aliis ar·probat primo ubi maiūs peri
culuʒ·c·ubi de elec·li·vi·ubi autem de ſalu
te hominis queritur maiꝰ uerſatur pericu
lum·l·additos·C·de ap·ſecundo quia in in
ſtrumento pn̄t eſſe rogati teſteſ femine &
minores·xx·annis q̄ n̄ ſunt idonei·iiii·q·
iii·in teſtimoniū Item non teſtimoniis ꝭ
teſtibus eſt credendum·iiii·q·iii·item xͦ·
alia et ꝺ teſti·l·iii·§·iii·et ſepe talia ex ma
la fide ſcribuntur·l·diuus de teſtamētore
Quarto accuſatio eſt odioſa·ii·q·vii·ſi qs
epūs ergo probatio auguſtanda non ampli
anda ad hoc·ē·de teſti·co·niſi in ciuili icri
minali non coguntur teſteſ quarto multū
facit quod in criminali teſteſ debent exhi
beri coram iudice in auē·de teſtibꝫ·§·mul
te et·C·de fide·iſtru·l·iudices et auct·ibi
poſita ergo non ſtabitur inſtrō ubi teſteſ
non exhibentur· Quinto abſens non
poteſt dampnari de penis·l·abſentem mul
to minꝰ cōuinci ut ibi et·ii·q·viii·pſcrip
ta &·i·c·&·ii·vi·fac·ii·q·vii·iudex &·c·pri
mates ubi dicitur ꝙ iudex non debʒ puni
re niſi primo conuictuʒ per teſtes uel per
propriam confeſſionem Vltimo pro hac
parte allegat aliquos glo·antiquoꝝ et tā
deʒ poſtea concludendo ſoluit per inſtitu
tionem non poſſe crimen directo probari
nam in contractibus non pōt notorius cō
ficere inſtrumentum niſi parte mandante
contra me in auē·ꝺ tabellio ad fi·et hoc ue
rum niſi per me et me uolente et mandāte
conficiatur inſtrumētū p ꝙ ipſo facto cri
mē meū pbetur ·xxiii·q·ii·ſane·lxxxviii·
di·neqꝫ indirecte aūt inſtrumēta crimen &
coadiuuant probatōneʒ ponit circa hoc q̄
dam exempla et hanc opi· recitat et reſpō
det ad contraria·

Atūm pone cauſam quem col
lige ex iuribus allegatis in
glo·nam primo exemplificat
regulam ex·c·i·q·ii·et·c·cum
quis de ſen·exco·ē·c·ti·et de
l·ſi pupilli·§· ſi ego· ff·de neg·geſ· Subſe
quenter contra regulam oppono de quatu
or iuribus et ſoluit tribꝰ modis licet ali
qd alias aliter ſoluat ꝯ de·c·lugi·ix·q·ii·
et aliter contraria de aliis tribꝰ iuribus
vʒ remiſſiue ad regulam non primas ꝺ mu
ni·op del·fi·ad macedo·ubi pater hʒ ratuʒ
contractum non ſuo nomine ſed nomine ip
ſius filii celebratum ad idem allegat Dy·
ff·ꝙ cum eo·l·i·§·ſi ratuʒ et de in rem uer
ſo·l·ſi i reo·§·penult·ubi pater habēdo ra
tum contractum uel quaſi a filio uel a ſuo
non ſuo nomine celebratuʒ tenetur inſoli
dum ubi circumſcripta ratihitio ne tenet
de peculio tantum ſoluit Dy·primo ꝙ cō
trario loquuntur tn̄ filiuſ uel ſeruus per
ſe ipſoſ contraxerunt tunc enim quia eadē
perſona cum patre et domio reputat̄ pinō
debet haberi ac ſi pater uel dominꝰ ꝯtrax
iſſet ſi autem ſeruuſ uel filius per aliū ſuo
nomine contraxerūt tunc pater uel domi
nus non poteſt habere ratum ut tueantur
per talē ratihabitōem inpluriquē tuet̄ abſ
ꝙ ea·ſ·de peculio ut dicto·§·ſed ſi tantum
ego ibi nam ſi ſeruum ec̄·ſed iſta ſolutō n̄
uidetur bona per·l·ſi ſeruus·ff·de pca·ubi
contractuſ fuit celebratuſ a ſeruo et tamē
pater ratum habēdo non tenetur ultra pe
culium ſed meretur ſine ratihabitōne & iō
Dy·reprobata illa di·ſoluit aliter dicenſ
ꝙ aut tempore habet ratum a filio tanquā
pater aut tanquā alius aut dubitatur pri
mo caſu tenetur inſolidum ſcō in nihilū ra
tione illius ratihabitionis·l·ii·§· ultimo
ꝙ cum eo in tercio caſu ideʒ ꝙ nihil opera
tur ratihabitio ut dicto·§·ꝭ ſi ego ſed ali
bi diſtinguitur utrum faciat aliquid tan
quam pater aut tanquā filius ꝺ adop·ſi pa
ter·§·qui duos ſi uero in·l·fi·§·ſi·autē de
ho·ꝙ·et ſo·ma·fi·uero·§·item quidqd & p
iſta ſolutū ſit contrarium de·§·ſed ſi ego
ſed alia contra glo de·c·ꝙ ſicut de·c·cum i
ter uoſ et de·c·cura que glo·allegat Dy·n̄
ſoluit ſed glo·dicit ꝙ illa iura non loquū
tur de ratihabitione ſed de quodam nouo
ꝯſēu que ſunt diuerſa ſcʒ glo·ex qua patet
ꝙ ratihibitio non poteſt trahere ad ſe ne
gocium cum ſuo nomine geſtum ſed conſen
ſus eum ad ſe trahit ſed hic an tam uarie cū
utrumqꝫ poſt geſtū negocium et perfectū
ſuperueniat et ratihibitio oritur ꝯſēu et
tacito ſicut mandatum·l·quo eni m·ff·rem·
ra·ha·et·l·qui patitur·ff·mādati nec uidet̄
differentia inter ratificare et conſentire
quia ut dixi qui ratificat conſentit quem
ergo effectum producit debet producere
et conſenſus ad hoc dico ꝙ ratificatio alie
num negocium ad ſe trahit ut ipſum ꝯtrac
tum emptionis ipſum nuncium ipſam obli
gationeʒ ſuo nomine celebratam ſed cōſen
ſus non trahit ad ſe negocium non ſuo no
mine geſtum nec ſuum facit ſed in iure ſuo
ſuper tali re in quam negocium geritur ſi
bi conpetenti preiudicatur ut patet in·c·
ꝙ ſicut et in·c·cum inter uos in quibus n̄
fuit diſpoſitio inita eiuſ nomine q̄ cōſenſu

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTORICA

poſtea ꝑ nomine capituli et congregatõis
unde eius ſubſequens conſenſus nõ trahit
ad ſe illam electionem uel diſpoſitionẽ ut
faciat eam ſuam ſed propter talem conſen
ſum amittit proſecutionem iuř· ſui ſibi cõ
petenti in re illa ſuper qua fuit diſpoſitio
ab alio celebrata ratificatione ergo actus
noui iuř· productiuuſ totũ illud ad ſe tra
hens conſenſus uero ſup alieno negocõ acõ
mod atuſ eſt iuř proprii extinctiuꝰ nõ ip
ſius negocii ad ſe ut dixerim attractiuus
et ſic declaro glo· etiam ſo· Io· mo· de ꝯtra
rio· c· ꝙ ſicut contrariuꝫ de· c· lugimur ſo·
ut in glo· et in tercia ſo· So· eꝫ glo· opi· ꝙ
ratihabitio trahat ad ſe negocium nõ ſuo
nomine celebratum ut· l· iiii· ff· de rei· uen·
ubi per ratihabitionem uenditionem non
factam meo nomine ad me traho et ꝑcium
recte peto ſo· Dy· hic illud cõtrariũ plene
conſequiť et Cy· in dicta· l· iuř· nam re exiſ
tente quam cicius uẽdidit ſuo nomine qua
eſſe mea quidẽ dñt ꝙ habendo ratũ poſſuꝫ
neq; indiſtincte petere precium quia poſt
quam per talem ratihabitionem preiudico
mihi in domino quia ipſuꝫ perdere iniquũ
ꝙ precium remaneat penes uenditoreꝫ qa
ſic lucraretur cum mea iactura et ſic intel
ligit dictam· l· nũ· et· l· i· de re· ec· non alie·
et iſta fuit opi· mar· Io· et an cõtra ꝑ ꝛgu
laꝫ huius· c· Dy· aũt ſic diſtinguit aut iſte
qui uendidit rem meam nomine ſuo et pre
cipit habebat cauſam a me ut ab illo aut a
nullo primo caſu competit mihi actio ad ꝑ
cium in re exiſtente de condi· uide· l· ſi nõ
ſortẽ· §· libertꝰ et· l· in ſumma· §· ſi ſeruum
et hoc uerum cum rem meam ut tuã tibi da
tam potero uendicare per condi· inđ· ſecus
ſi actũ cõmodum diſpoſiti uel ſimili ut nõ·
Bal· in· l· ſi eum ſuum ſicut pe· et ibi de rõe
differencie ⁊ uide quod nõ· in· l· lab· el pri
mo de ꝺ· ſig· ab alio autem habebat cauſam
lucratiuam aut non lucratiuam etiaꝫ re ꝑ
empta non tenetur ad preciũ niſi mora uel
culpa ſua interceſſerit· ff· de rei· uen· l· iul·
ſcribit ſi hominem hoc enim caſu cum tan
tum ſibi adeſt quantuꝫ ab eſt non dicitur
lucrari cum aliena iactura inſt· del· §· ſi reſ
aliena ſed ſi habet cauſam lucratiuam tunc
inſubſidium re perempta uel preſcripta te
netur mihi ratum hñti ad preciũ acti· neg·
geſ· l· ultima đ neg· geſ· adde quod nõ· Cy·
in dicta· l· mater in· xi· q· et ſequẽti ubi qđ
iuř· ſi ad pluř· peruenit res mea titulo luc
tiuo et uẽdiderũt a quo inſubſidium poſ
ſim habendo ratũ preciuꝫ uendicare dicit
ꝙ mea eſt electio per rationẽ dicte· l· ſi ma

ter ſi autem uolo ratificare uenditionem
utriuſq; habentis cauſam lucratiuam et ab
utroq; precium petere non poſſuꝫ quia in
ſubſidiuꝫ lex ſibi uoluit ſubuenire in dãp
no uitando non in lucro captando ar· c· ꝑ
emp· l· fi· et· l· ſi minoris et admi· tu· in ter
cio· ſ· caſu cum a nullo habet cauſam exiſtẽ
te et ſi ratuꝫ habeo nullo modo tenere qa
quod modo non eſt geſtum ⁊c· ſed conſuli
tur mihi contra poſſeſſorem ad rem inſub
ſidium tamen re ꝑẽpta uel preterita ꝯſuli
tur mihi ratum habenti ad ꝑciuꝫ perceptũ
acti· nego· geſ· ut dicta· l· mř et· l· i· de re· nõ
alie· et hoc ſi is qui uendidit erat bone fi
dei poſſeſſor alias teneť ad iuſtum preciũ
et non liberatur reſtituẽdo preceptuꝫ de
pe· hř· l· ſi poſſeſſor· §· ultimo ⁊ adde quod
nõ· Cy· in d· i· iuř· in· vii· q· ubi q̃rit econ
uerſo uidelicet utrum rem emptam de pe
cunia mea non meo nomine poſſum habẽdo
ratum emptionem uendicare in ſubſidium
ſi mea pecunia ſit conſũpta Cy· pꝰ pe· ubi
ꝙ ſit ꝑpter idemptitatiſ rõnem facit· ff· đ
dona· inter vi· et vx· l· uxor marito et nõ·
de iuř· do· l· proculus ad fi· ulterius q̃rit
ibi Cy· in· iii· q· quid iuř· ſi res mea quam
tuo nomine uendidiſti nõ eſt uſucapta uel
preſcripta ſed eſt in remotis partibus et
poſſidetur a talibus qui nequiunt cõueni
ri nũquid reputabiť uſucapta dic ꝙ ſic qa
eadẽ eſt rõ ergo idem ius ar· de inſtiť actť
l· i· in fi· cum· l· ſe· et damp· infec· l· dampnũ
infec· §· ultimo cum glo· que eſt ibi et nõ·
illam· q· et predicta ſunt uera cum quiſ uen
dit rem meam ſuo nomine quid ſi me cõſen
ciente an preiudicem mihi in precio prop
ter talẽ conſenſum dic ut nõ· Bar· in· l· ſi fũ
dum per fideicõmiſſariũ de l· i· ꝙ ſi me tacẽ
te me et paciente contrahat ſuper re mea uel
mihi debita uel me mandante an mihi ꝑiu
dicẽ in ipſa re uel precio dic ut· l· que dotť
ſo· ma· plene per Bar· circa ꝑdicta poſſet du
bitari de iſta actõne que competit inſubſi
dium habenti ratũ an ſit datiua an natiua
et uidetur ꝙ ſit datiua qa non oritur ex
aliquo negocio geſto cum eo qui ratum hꝫ
dic per Bal· in· l· ſi me et ticii in tercio pri
cipaliter opponitur et uideť ꝙ negocium
non meo nomine geſtum nõ ſolum poſſum
neceſſario habere ratum unde uideuur ob·
nego· geſ· iteꝫ ſicut· §· fi· et· l· ſi pup· §· ſi qſ
ita ſo· huic ſumpta occaſiõe plene examinã
da eẽt mã· đ qua in dicta· l· ſi pup· §· ꝙ ergo
inquit naꝫ ut ibi tange per illa tamen uer
ba quatuor ſunt genera negõꝝ unũ quod
pertinet ad nos neceſſitate obligatiõis ꝙ

dicitur uerum ipõ geſtu ſcđm qđ pertinet
ad nos neceſſitate ři quod dicitur noſtrũ
re ipſa tercium quod pertinet ad noſ uolũ
tate non ex neceſſitate ⁊ illud dicitur iu
riũ ratihabitiõe ut nõ· ff· eo· ti· l· ſi pupilli
· §· añpe· ⁊ ita nõ· in· d· §· quid ergo inquit
ſi ergo altero ex predictiſ modiſ ñ põt ad
nos pertineř non poſſumus ratum hřẽ etĩ
ſi nřo nomine geſtum ſit pone exemplum
ut in· d· §· quid ergo ubi ſi te hẽredeꝫ puta
bam cũ eſſet heres ie iꝰ tu nomine fuiſſi in
ſula in hereditariam non poteſt habere ra
tum quia nec re ipa nec ipſo geſtum poteſt
ad hoc negocium pertinere et per iſtas re
gulas poſſunt deduci quedam dubia de
quibuſ hic in mercu· per Io· an· primo eniꝫ
tangit· q· uerã· l· ſi duo ex tribus ſimplici
ter delegatis tulerunt tercio non requiſi
to ſed poſtea ratũ habente Bar· brix· tenu
it dictam ſummam que nulla fuit ratihabi
tione confirmari nõ poſſe ſcđo tangit aliã
uenerabilis ſi ſentenciã latam ꝑ epm muti
nenſ contra clericuꝫ boñ epũi boñ hanc ra
tum utrum ualeat dic quod nõ poſtq̃ fuit
nulla abinicio etiaꝫ ſi tuliſſet eam nomine
epi boñ cum effectus ſnie excõnis non poſ
ſit pendere ſed trahat ſecum ſtatim execu
tionem de ap· paſtoralis ad· §· falſus et ad
alia iura que uidentur facere in contrariũ
reſpondeo infra tercia queſtio eſt de reli
gioſo electo ad prelaturam qui abſq; licen
cia ſui ſuperioris electiõem cõſentit demũ
prelatus dedit ſibi licenciam uel ſenium
illum ratum habuit ſoluit quod ſenſus uel
ratihabitio ſuperueniens non iuuabat elec
tum qa ꝙ nullum fuit ratificari ñ potuit
de elec· auditi et maxime hoc uerum in elec
tionibuſ in quibus ſpectatur nũcium c· ti·
dudum quarta queſtio eſt de electõne cele
brata per unũ ex duabuſ cõpromiſſariis ſi
fuiſſet preſenſ uériſimiliter conſenſiſſet q
etiam poſtea utꝝ ualeat ſoluit ꝙ nõ ſingu
lari ratione nã cũ hic fuit electa induſtria
perſone et ꝑ ꝯñs non potuiſſet unus alte
ri a principio delegař de off· del· qm ergo
nec ex poſt facto rata haberi cum ipſius ꝑ
ſentia deſideratur ar· de excu· tu· §· tutor
ex iſta ſo· no· ꝙ cum actus requirit preſen
ciam perſone uel induſtriam geſtuſ abſq; ꝑ
ſentia non poteſt ratificari ſimiliter cũ a
principio ř̃quiritur preſencia licencia nõ
põt firmari ratihabitõne ſequenti· ¶Pro
declaratõne tamen predictaꝝ queſtionum
in iure ratihabitionis aduerte nam qñq;
in diſpoſitione requiritur iuſſus quando
ꝙ mãdatum qñq; auctoritas qñq; licentia

quandoq; conſenſuſ quandoq; conſiliũ utꝝ
ergo illa omiſſa a principio diſpoſitionis
ad confirmationem actus ſuppleri per ſub
ſequentem ratihabitionem nõ· Bar· et· l· ſi
in diem· ff· de aqua· plu· ar· in conſenſu cum
requiriť dicit Inno· quod non eſt uis utꝝ
a pricipio uel ex poſt facto ſuperueniat· c·
ꝗſicut de elec· qđ eſt uerum quando diſpo
ſitio erat alias de ſe ualida licet poſſet in
pugnari uel non cõpeteret ex ea exerciciũ
ante talem conſenſum· l· per fundum cõmuĩ
predi· et· l· receptũ ſecus ſi diſpoſitio a pri
cipio eſſet nulla ex tali defectu conſenſus
c· auditiſ de elec· exemplũ etĩ in ſtatuto fac
to a capitulo ſine conſenſu epi et in aliena
tione rei eccleſiaſtice facta a minore parte
capituli nõ eſt nulla· xii· q· ii· nã ſubſeqũs
aliorum cõſenſus non firmaret contractũ
nullum et hoc nñ· in· c· cum cõſuetudinis đ
cõſue· i noue· ſed cõtra hoc facit· c· ii· ⁊· iii·
de his que fiunt a prelatis ubi ſubſequenſ
conſenſuſ uel non traditio firmat contrac
tum alienationis eccleſie ſi a principio in
teruenisſet adde quod dicit Bal· in· l· cum
non ſoluꝫ· §· neceſſitať de bo· q̃· lib· ubi qñ
conſenſꝰ uenit ad integram perſo nam agẽ
tiſ dꝫ ad eſſe a principio nec ſufficit ex pꝰ
facto ubi etiam dicit Bal· quod omnis con
ſenſus qui pertinet ad aliqueꝫ rõne primi
officii eſt auctoritas ꝙ uř contra dictum
Inno· in· d· c· cum conſuetu· ubi dicit ꝙ con
ſenſꝰ non habetur pro auctoritate ſed preſ
tari debet ſicut uerbũ ſonat in ipſo nego
tio uel paruꝫ poſt ut ibi no· uide etiam qđ
nõ· Inno· in· c· prudenciam de offi· del· ubi
per ratihabitõem ſequentem nunquaꝫ põt
ſuppleri ſolempnitas omiſſa que ř̃quireba
tur a principio ex qua doctrina patet qđ
proceſſus et ſentencia lata a iudice cõpeten
ti etiam nomine ueri iudicis nõ poteſt cõ
firmari ratihabitõne propter defectuꝫ ſo
lempnitatuꝫ quas ſimplex ratihabitio nõ
poteſt ſupplere ſimpliciter nec defectum
conſilii uerati uel iuſſus ſi a principio re
quirebatur ad ſubſtanciam diſpoſitõis et
hec etiã no· Io· mo· i· c· prox· ubi dicit ꝙ cõ
feſſio et abſolutio in foro penitenciali a ñ
ſuo iudice etiam nomine ueri iudicis non
poteſt haberi rata domino Bal· alibi nota
biliter ita dicit quod quedam requiruntur
ad integratõem perſone ut auctoritas tu
toris et tũc debet interponi in ipſo nego
tio· l· obligari· ff· de auc· tu· Quedam re
quiruntur ad integrationem actus ut con
ſenſus maiorum et ſaniorꝭ partis capitu
li in electionibus et tunc debꝫ interueniř

UNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
BIBLIOTECA GENERAL HISTÓRICA

in ipſo actu ꝛ acceſſio ex poſt facto non fa
ceret conualeſcere electionem nullam·c·au
ditis et·c·eccleſia uſa ꝺ elec·Quedam req
runtur ad confirmationem actus et illud
non eſt proprie conualeſcere ſed q̄dam poſ
ſeſſio ad quam poſſeſſor actꝰ ordinabatur
·l·i·de conſu·tu·et·c·religioſus·ꝺ·eo·li·de
lec· Quedaꝫ requiruntur ad fregidū
mandatuꝫ et non ſufficit ratihabitio·l·qd
ergo in principio·ff·ꝺ infa· Sed ex iſtis
infertur ꝙ electio falſi cōpromiſſarii uel
ſentenciam falſi iudicis non poteſt ratifi
cari quia electio eſt actus qui non recipit
ſuſpenſionem et iuriſdictio requiritur a
principio·l·inſtar·ꝺ iuꝛ·fi·li·x· Sed di
ces quare ad in falſo procuratore cuiꝰ fac
tum non poteſt dominus ratificare·l·licꝫ
ff·de iudi·et·l·iii·§·falſuſ rem·ra·ha·dicit
Bal·ꝙ hoc iō quia ratihabitio inuenit ali
quid cui adhereat quia in liti· conti· cum
app·quaſi contrahitur et actio quam intē
tat in iudicō eſt uera item in contractibꝰ
inuenit actionem directam que in ipſius
pſona fundatur de act·et ob·l·q̄cūqꝫ unde
ratihabitio eſt quedā relatio que inuenit
extraneū ad qꝺ predicta uera qn̄ ratificās
hꝫ ius ratificandi ſecus ſi ratificās eſt ex
cluſus tp̄e tunc enim ratificatio non repe
rit aliqd quod ſpectat ad ratificantem iō
nulla·l·bonoꝝ rē·ra·ha·et·l·i·et ꝙ ibi nō·
ff·nihil noua·app·primo fa·l· diſpēſator ꝺ
ſolu·et predicta faciunt ad queſtōm ſtatu
ti quo cauet ꝙ filius poſſit teſtari cum cō
ſenſu patris ꝙ tempore teſti debet p̄ſtari
talis conſenſus nam cum talis conſenſus n̄
pertīeat ad patrem re ipſa nec cura uel ſo
licitudīe nec ip̄o geſtu ratihabitōe ut nō·
in d·c·neceſſitatem ergo ptinet ad eum ſo
lum uno mō·ſ·auctoritate qua ꝓpter uide
tur dicēdū ꝙ donatio cauſa morti facta
p filium in ptāte ratihabitione patris nō
cedatur ualida ꝛ iſta nō·Bar·in·l·ſi uxorē
C·de condi·in ſer· Quarto op·dixi·ꝺ·
prox·et in principio p̄cedenti opinionis
ꝙ ſi negocium non pōt ad me pertinere al
tero ex predictiſ quatuor modis non poſ
ſim habere ratū ꝑ ꝗ·c·cum qs de ſen·exco·
cum·ꝺ·co·li·certum eſt enim ꝙ ſi tu uerbe
raſti uel occidiſti clericū nomine illud ne
gociū non eſt meum altero ex p̄dictis mo
dis et tn̄ hn̄do ratum ſum excommunicatꝰ
ut ibi et·c·mulieres·c·ti·ſo·dominus Bal·
in·l·fi·ad mac·mouet iſtud dubium utrū
vꝫ in actibus p quos nihil acqritur habe
at locum ratificatio et uidet ꝙ ſic ut p̄al·
c·in qbus ex ꝟberatiōe uel occiſione nomi
ne facta nihil q̄rit̄ et tn̄ ratihabitio locū
hꝫ et glo·hoc tꝫ·ſ·ꝙ in maleficiis cōmiſſis
nomine alieno habeat locum ratihabitio ſi
pn̄t p alios explicari ſecus ſi non poſſunt
per alios explicari ſicut eſt adulterium et
ita nō·in·l·i·§·deieciſſe de vi·et vi·ar·quā
glo·Cy·nō ſequit̄ in·d·l·fi·nec·Bar·in ·d·
§·deieciſſe ubi dicit ꝙ neqꝫ homicidiū necꝫ
adulterium pōt committi per alium uere
q ratam hꝫ dicatur commiſiſſe adulteriuꝫ
uel homicidium·l·ueꝝ de re·iuꝛ·ſed ſi noīe
tuo infertur mihi iniuria ita teneor ex ra
tihabitione adulterio uel homicidio ſicut
ſi mandaſſem uel tuliſſem opem·l·hec ꝟba
ꝟba ꝺ adulterio uel hoīcidiū·l·ueꝝ de re·
iuꝛ·ſed ſi nomīe tuo infertur mihi iniuria
ita teneor ex ratihabitione adulterio uel
homicidio Bal·in·d·l·ſic dicit ꝙ illa glo·
optime loqt̄ quia in ratificatōne opus eſt
fictiōn̄ q fictio non cadit ſuper eo ꝙ eſt i
poſſibile de natura de cadu·tol·l·i·§·ne au
tem adulteriū enim querit actū reflecten
tem ſe in alium et in ſe ꝑ alia delicta etiam
ar·et in ſe ergo non poteſt alieno nomine
conſumari plus enim dicit Bal·ꝙ ſi qs mā
dat aliqꝺ adulterium non recte agitur cō
tra euꝫ tāq̄ ꝯmiſit adulteriuꝫ quia adulte
rium non committit̄ ſine carnali copula q̄
non poteſt interuenire inter corpora ſep
ata unde ſi ſponſuſ mādat alteri ut cognoſ
cat ſponſam ſuam per carnalē capulā illius
non confirmatur mr̄ionīuꝫ nec filius con
ceptus et natus ex tali copula poſſꝫ rōe il
lius mādati uel ratihabitōnem dici filius
meus et hoc eſt quod dicit apoſtoluſ ꝙ ne
mo poteſt niſi in proprio corpore fornica
ri quia actus contrahens pſone et per ipꝫ
due anime polluūt̄ ut nō·in·c·ac ſi clerici
ꝺ iudi·in nouel·mutatōe ergo perſone mu
tatur forma· Conclude ergo ꝙ ope uel
mandato uel conſilio pōt quis obligari ad
penam p adulterio ſicut p aliis criminibꝰ
ſed n̄ de crimīe adulterii rati uero habiti
one non uꝛ ꝙ crimen adulterii poſſit quis
ad ſe trahere etī quo ad penam et ita intel
ligātur glo·in d·§·deieciſſe et Bal·ita ſen
tit in·l·non iō·C·de accu·et eſt utilis iſta
inueſtigatio in aliis actibꝰ in ſepabilibꝰ
a pſonis q̄ requiruntur actum corporeum
ſic eſt ieiunaꝛ peregrinari baptiſari ſolep̄
iter recōſiliari ordinari et ſimilia utrum
nomine meo geſta ab alio poſſim habere ra
ta ut ſi ego intelligaꝫ ieiunaſſe peregrina
tum baptiꝫatum uel recōſiliatum uel ordi
natum fuiſſe certe non uꝛ ratihabitionem
poſſe in tali operari ſicut tenuit Fre·de
ſenis·ꝙ compatērnitas n̄on pōt cōtrahi p
ꝓcur·conſilium·Dicit ſimiliter Bal·ꝙ geſ
tum eſt per falſum nuncium nomine meo n̄
